Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36516
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



s. Iohis. Ante tertiam sint omnes reuestiti. Primus ordinet cantor processionem. Unus conuersus portet aquam benedictam. Alii duo post eum candelabra aliusque in medio cum thuribulo. deinde puer cum libro eius. et post eum sacerdos qui ebdomadam tenet cum cruce reuestitus in stola. In cruce sit unum filacterium. Ad processionem dicantur ℞ Dulce l. et alia. Ad introitum ecclesie. ℞ Nos autem gloriari. Tunc introeant in ecclesiam. Veniat autem sacerdos ad gradum ante altare teneatque crucem inter manus. Tunc accedant sicut superiores et osculentur crucem flectentes genua. Interim dum osculatur cantetur. ℟. O crux splendidior. et alie. Post omnes osculetur sacerdos. abbate ei ferente. Osculata cruce accipiat eam abbas et supponat eam baculo. afferente ei illum cantore et simul antiphonam ei annunciante. Tunc incipiant abbas. ℟. Super omnia. Tunc procedant omnes manus ad terram mittatque retro altare. Post hec sonetur classis. lxxx.

Si cui fratri contigerit fragilitas carnis in precedente nocte exaltationis s. crucis mutatis uestibus et facta confessione ad abbatem et si ipse de eo ad priorem cum eius licentia cum ceteris osculari crucem in die. Ante crucem solent tapete apponi. sed pro tensis manibus non tamen tangendo terram unusquisque osculari eam. lxxx.

Festiuitas sancti Mauricii agatur sicut commemoratio s. Pauli. lxxxi.

Memoria s. Michahelis. agatur sicut natiuitas s. Iohannis bapt.

Ad missam maiorem post eum quando sacerdos di[illegible]

Dominus uobiscum. Iorem. ueniant tres cantores. [illegible] ante altare in secundum gradum presbiterii. et dicant. v. Salus domino. Interim diaconus panem et uinum super altare. Quo facto. accipiat thuribulum. et uadat ad dextrum cornu altaris. Iste ibi. finitoque versu incipiat. Stetit angelus. Quando autem dixerint. Et data sunt ei. in c. m. ueniat